UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

## Centvriæ Selectorvm Casvvm Conscientiae. I. II. III.tia

**Burghaber, Adam**

**Fribvrgi Brisgoiæ, 1665**

Index Rervm.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40942**

Visual Library

# INDEX RERVM.

## A.

ABſolutio ob peccata, quæ non pendent ex occaſione extrinſeca, ſed intrinſeca hominis fragilitate, an ſit neganda, vel differenda. fol. 14.
Abſoluere ſacramentaliter an poßit Sacerdos è Societate IESV Religioſum alterius Ordinis abſq; conſenſu D. Prælati. 187.
Abſolui an poßit etiam ſub conditione, qui nullum Confeßionis dedit ſignum. 131.
Abſolui ſacramentaliter an poßit, qui ait, ſe dolere de peccatis, & emendare velle, interim nullum exprimit veniale in ſpecie, nec exprimere ex eo poteſt Confeſſarius. 503.
Abſolui an poßit aliquis tam à peccatis, quàm cenſuris in articulo mortis à Sacerdote, qui ex Religioſo factus eſt Apoſtata & Hæreticus. 244.
Actus indifferentes an dari poßint, qui non ſunt materia Confeßionis ſufficiens. 71.
Adultera an Spurio ſuo inter alios legitimos educato aperire teneatur facinus ſuum. 139.
An adulterium: & quot peccata commiſerit, qui acceßit ad ſuam vxorem putans accedere ſe ad alienam. 116.
Aduocatus an patrocinari poßit alicui contra illũ, cuius cauſam certò nouit probabiliorem. 556.
Æquiuocatione an vti aliquis poßit, ſi ab eo iuramentum poſcitur ex præſumptione delicti & ignorantia veritatis. 156.
Ægro aßiſtens an peccet mortaliter, ſi rem à Medi-

co

eo prohibitam v.g. vinum ei porrigat, & ex hoc ille moriatur. fol. 275.
Altaria per ſolam fractionem aut amotionem ſigilli an ſint neceſſariò reconcilianda. 269.
In Altari priuilegiato an opus ſit, vt dicatur Miſſa de Requiem ſiue de Mortuis. 180.
Altare portatile in cella erigendi an Superiores Ord. Mend. Subditis ſuis facultatem concedere poſſint. 84.
Ex Aſtris an euentus futuri à libero arbitrio dependentes, & res occultæ ſaltem probabiliter prædici poſſint. 464.

B.

Baptiſmus an valeat, ſi in verborum formula præter SS. Trinitatem mentio fiat Beatiſſimæ Virginis Mariæ. 302.
Baptiſmus an validus & licitus ſit, ſi puer agonizans ex defectu aquæ inter verba legitima in flumen abijciatur. 147.
Baptiſmus an ſit validus, in quo hæc verba (ego baptizo te in nomine) ad ſingulas ſacras Perſonas repetuntur. 331.
Baptizari an poſſit infans licitè & validè in ſola manu porrecta. 333.
In Baptiſmo an idem licitè & validè poſſit eſſe Patrinus & Baptizans. 318.
An licitè baptizetur iterum ſub cōditione puer expoſitus, ſi adiuncta ſcheda receptionem baptiſmi de eo teſtetur. 151.
Vt Baptiſmum aliquis recipiat, an licitè ad redimendam

mendam vexationem porrigat pecuniam ei, qui aliàs illum conferre non vult. fol. 577.
Beneficiatus omittens Breuiarium an teneatur reſtituere fructus, ſi illam omiſsionem vnius diei ſuppleat alio. 75.
Beneficium ſimplex Eccleſiæ penitus dirutæ an validè transferatur, ſi reclamet Patronus. 65.
Beneficium vnà cum fructibus perceptis vtrum retinere poſsit Clericus, ſi id tribus annis pacificè poſſederit, eſto, irregularitate notatus illud acquiſiuerit. 185.
Blaſphemiæ aliiq; motus an ſint peccaminoſi, ſi rationis advertentiam ita præueniant, vt aliquis præcognitæ malitiæ recordari non poſsit. 522.
Vtrum blaſphemia & peccatū ſit vi præciſè verborū & comparationis, ſi dicas, hoc tam verum eſſe, quàm verum eſt, DEVM eſſe &c. 460.
Bona, quæ iniquâ hoſtium irruptione nobis auferuntur, ſi eiſdem iterum eripiantur, ad quem pertineant. 183.

C.

In calice nondum conſecrato celebrans an peccet, incurratq; cenſuram: item an idem calix maneat conſecratus. 335.
Campſarius, an ſoluere teneatur quod præter conſuetam proviſionem in pactum fuit deductum, v. g. ſi ſolutio tres menſes vltra annum differatur. 246.
Capellanus vi fundationis in certa capella celebrare

brare

*brare obligatus an peccet mortaliter, & reſti-tuere debeat, ſi hoc omittat: item ſi ob impedimentum in eodem ſacello celebrare nequeat, an alibi facere teneatur.* fol. 630.

*Cenſuales litteræ ſeu chirographa apud Principes an poßint minoris emi etiam ab Officialibus & Quæſtore huius.* 85.

*A Cenſura Papæ reſeruata an abſoluere poßit Parochus in neceßitate & periculo infamiæ.* 431.

*Clerici in Minoribus an gaudeant priuilegio fori.* 373.

*Clerici Beneficiati an ſint veri Domini ſuorum ex beneficio redituum etiam ſuperfluorum: item an & ex quo capite obligentur de iiſdem diſponere in pios vſus: & vtrum alienatio illorum profana ſit valida abſque reſtitutionis onere.* 617.

*Clericus beneficiatus an teneatur ſorori ex eodem patre ſed ex alia matre conſtituere dotem.* 447.

*Clericus preces & ſacra in ordinatione ab Epiſcopo iniuncta omittens an peccet grauiter.* 150.

*Clericum percutiens an incurrerit excommunicationem, ſi hunc Clericum putauerit eſſe alium Clericum.* 310.

*Clericus laruatus per ciuitatem in Bacchanalibus incedens an peccet mortaliter.* 306.

*Clericũ laruatũ percutiens an incurrat excommunicationem, ſi ignorauerit, eſſe Clericũ.* 307.

*Clericis quænam negotiatio ſit interdicta.* 290.

*Clerici an & quomodo obligentur lege Principis ſæcularis.* 289.

Clericum in turpi facinore cum fœmina deprehenſum ex indignitate rei & ſubito motu percutiens an incurrerit excommunicationẽ. fol. 220.

Comœdiæ varijs modis laſciuæ an permitti à Magiſtratu poßint: & an peccent ſpectatores. 568.

Communio ſacra an quotidie, vel quoties permitti Laicis poßit. 190.

An Communionis Paſchalis præcepto ſatisfaciat, qui in alia Eccleſia quàm Parochiali Sac. Euchariſtiam ſumit abſq; conſenſu Parochi. 200.

A Communione Sacra an repellendus ſit, qui in Confeßione ait, priore nocte pollutionem ſe habuiſſe vel voluntariam vel præter voluntatem, aut actum coniugalem voluptatis cauſâ exercuiſſe. 203.

Communionis Paſchalis præuidens impedimentũ an præuenire debeat: & ſi præuenit, poſtea autem præter opinionem offerat ſe occaſio, an iterum in Paſchate ad Sac. Communionem teneatur. 342.

Complex quando in Confeßione reuelari poßit, aut etiam debeat. [illegible]. 7

Concionator pro ſolo actu cõcionandi aliquid exigens an ſimoniam ſimul & iniuſtitiam committat. 455.

Confeſſarius quid agat, ſi aduertit, bonâ fide grauia peccata confitentẽ inualidè ſe abſoluiſſe. 308.

Confeſſarius an teneatur ad reſtitutionem, ſi ad hanc faciendam Pœnitentem nõ hortetur, aut cogat. 118.

Confeſſarius quid faciat, ſi deprehendat ægrum pro Confeßione indigere longiore tempore, hoc autem non permittere præſens iam Sacrum Viaticum pro eodem. fol. 267.
Confeſſarius an ex duobus filijs Confeßionis ſaluo ſigillo vnū poßit commendare, nō alterum. 354.
Confeßio an poßit eſſe valida & informis per ignorantiam mortaliter peccaminoſam. 468.
In Confeßione an teneatur Confeſſarius examinare Pœnitentem: & iſte de conſuetudine peccandi interrogatus reſpondere. 210.
Confeßio, in qua leuia peccata aperiuntur Confeſſario ordinario, grauia autem alteri, an ſit valida. 351.
In Confeßione ſi homo ruſticanus intelligatur numerum hactenus non addidiſſe, vtrum compelli debeat ad repetitionem Confeßionum. 339.
In Confeßione an licitè taceri poßit peccatū graue, nullam mentionem faciendo, nec contritionem eliciendo. 250.
Poſt Confeßionem ſi pœnitens recordetur peccati ex obliuione præteriti, quid faciat. 276.
Confitēs an ſatis ſe explicet dicendo: lethale alicui vulnus inflixi, etiamſi non addat, quod iſte ex dicto vulnere fuerit mortuus. 35.
Confeſſus aliquando inualidè & poſt multos annos id emendaturus quam peccatorum & Confeßionum faciat repetitionem. 395.
Confirmationis Sacramenti an breuior forma, quàm communis, dari poßit. 450.
Con-

Conſanguinei in caſu neceßitatis etſi minùs ſanctè an præferri debeant extraneis ſanctioribus tum in ſpiritualibus, tum in temporalibus fol. 37.
Conſcientia errans quotuplex ſit, & quænam obliget. 24.
Quid cenſendum de Conſcientia ita perturbata, vt ex vna parte nolit cogitationes v. g. blaſphemiæ, ex altera verò putet non poſſe ſe eas repellere, & verò admittere. 81.
Conſuetudo praua nō retractata an peccaminoſum faciat actum v. g. juramenti etiam inaduertenter prolati. 14.
Copula coniugalis absq; peccato veniali exercetur propter ſolam delectationem. 71.
Contractus v. g. circa hordeum in vere factus, vt iſtud eodem pretio in autumno tradatur, quo in vere vendebatur, an ſit licitus. 335.
Vtrum ex contractu Conductor equi ad compenſationem teneatur, ſi iſte abſque illius culpa mortuus concidat. 391.
Vtrum in contractu locationis iuvari poßit locans operam ſuam, ſi vltra dimidiū lædatur 596.

D.

Damnationem ſuam ex diuina reuelatione reſciens an ſperare adhuc poßit, aut etiā debeat. 379.
Debiti ſolutio an ob ſolum lucrum faciendum differri poßit. 447.
Debitorum ſolutionem an vir nobilis & equeſtris ordinis differre poßit ad iacturam ſtatûs ſui euitandam. 413.

Debitum, quod quis reverâ ſoluit, apochâ autem deſtitutus ſi illud iterum poſtuletur, & â Iudice ad ſolutionem condemnetur, an huius ſententiâ ſtare teneatur: aut clanculariâ dein compenſatione vti poßit, fol. 205.
Vtrum eidem debito ſatisfieri ſæpius poßit. 242.
Vtrum debitum centum aureorum per monetam argenteam, quæ tamẽ illos in numero florenorum æquet, expungi poßit. 559.
Vtrum debita maiora & plura facere aliquis poßit, quàm ſolvendo ſe fore putet. 509.
Debiti ſiue ex contractu ſiue ex delicto ſolutionem iuſtè differens an teneatur creditori ad damnum interea eueniens, aut ad lucrum ceſſans. 22.
Debitum coniugale an abſque peccato reddere poßit vxor marito, qui cum culpa veniali id exigit. 459.
Decimarum ſolutionem an omittere poßit, qui congruam aliàs ſuſtentationem non habet. 588.
Denunciare vtrum hero ſtatim poßit vnus famulus alterius famuli delictum. 157.
Diſpenſatus ieiunio ad initium quadrageſimæ ob morbũ an totâ deinde quadrageſima à lege ieiunij exemptus ſit, etiamſi morbus brevi ceſſet. 46.
Diſpenſatus in eſu carnium an licitè bis vno die his veſcatur. 110. 100.
Diſpenſare potis cum alijs v. g. in ieiunio an poßit etiam ſecum. 477.
Vtrum in graui neceßitate diſpenſare poßit in abſoluto

*abſoluto caſtitatis voto is, qui habet poteſtatem quaſi Epiſcopalem.* fol. 481.

*Vtrum diſpenſare poßit Epiſcopus, ſi inter contrahentes illuſtres Perſonas deprehendatur impedimentū dirimens, & nuptiæ differri nequeant.* 497.

*Diſtributione iniquâ alicuius pecuniæ inter plures perſonas quale peccatum committatur, & contra quam juſtitiam.* 362.

*Diuortium vtrum facere poßit maritus ob adulterium vxoris, ſi hanc prius malè tractârit, domo ejecerit, quoad vitæ ſuſtentationem eidem non proſpexerit.* 466.

*Vtrum dolor ſit ſufficiens ad Confeßionem, ſi quis dicat, dolere ſe, quod non doleat.* 355.

*Vtrum, ſi doleat mercator, emptores paucos eſſe apud ſe, multos apud ſuum vicinum, ſit inuidia & peccatum.* 143.

*Vtrum dominium in res mendicatò acquiſitas habeat homo ſæcularis, qui vouit DEO eandem paupertatem, quam profitentur Fratres Minoritæ.* 357.

*Detractionibus leuioribus ſæpe iteratis v. g. apud Principem alicui Aulico factis an quis mortaliter peccare poßit.* 367.

*Dubium peccatum quotuplex ſit: & vtrum ſit materia neceſſaria Confeßionis.* 67.

*Dubitans de re aliqua Fidei, v. g. animæ immortalitate vtrum incidat in hæreſin.* 599.

*Dubitans Sacerdos de comeſtione vel hora comeſtionis an celebrare poßit.* fol. 627.
*Dubitans de impedimento matrimonij an poſt ſufficientem veritatis indagationem bonâ fide contrahere poßit.* 635.

E.

*Ebrietas quid ſit, & quando aliquis theologicè ebrius eſſe, & mortaliter peccare cenſeatur.* 11.

*Ad ebrietatem voluntariam vtrum aliquis mali impediendi cauſâ iteratis hauſtibus vrgeri poßit.* 564.
*Ad periculum ebrietatis vrgens aliquis conuiuam ſuum an peccet mortaliter.* 632.
*Vtrum ad ebrietatem vſque bibere aliquis poßit, qui alio modo percußionem ſui ab altero, aut prouocationem ad duellum euitare nequit.* 633.

*Electionem iniquam in Capitulo fieri aduertens & tacens vtrum conſentire cenſeatur.* 64.
*Vtrum Emptor vel venditor ferat damnum, ſi equus vel dolium vini ſimul empta infortunio quodam pereant ante traditionem.* 501.
*Emphyteuta ſi elapſo triennio canonem non ſoluit, vtrum Dominus proprietarius rem emphyteuticam ingredi poßit.* 324.
*Epiſcopus an licitè confirmare poßit puerum agonizantem.* 96.

Epi-

Epiſcopus dum in ſua Diœceſi Sacramentum Confirmationis confert, vtrum iſtud ex alio etiam Epiſcopatu accurrentibus conferre licitè poſſit. fol. 629.

Epiſcopus an quatuor Minores Ordines & Subdiaconatum eodem die iiſdem ordinandis dare ſimul poſſit. 371.

Epiſcopus vtrum beneficium curatum licitè conferre poſſit digno, etiamſi adſit competitor dignior. 32.

Euchariſtiam ſacram vtrum probabiliter in abſentia Clericorum deferre ad moribundum & huic adminiſtrare poſſit æditus. 566.

Exceſſus in cibo, potu, veſtibus, vſu matrimonij, appetitu pecuniæ, laudis, excellentiæ &c. an ſit, per ſe loquendo, mortalis. 15.

Excommunicatus publicè in vno loco an ſit cenſendus talis in alio, ad quem deuenire non poteſt denunciatio. 27.

Excommunicatus ex allegatis & probatis propter crimen, quod planè non commiſit, an reipsâ ſit excommunicatus. 124.

F.

Facultatē habens Religioſus accipiendi aliquid, non tamen vltra medium florenum, vtrum hâc facultate vno die vti ſæpius poſſit. 541.

Famuli an teneatur ad reparationem damni, quod ex culpa eorum leui accidit. fol. 13.
Famula ſi laboribus ſuis plus, quàm in pactum fuerit deductum, mereatur, quid agat, vt auctarium mercedis obtineat. 345.
Famulus an pecuniam extraordinario labore partam reddere Domino ſuo teneatur. 281.
Famula curam penûs habens an teneatur ad reſtitutionem damni, quod ipsâ non impediente alius conſamulus in eodem fecit. 507.
Famula vtrum ex bonis Dominorum eleemoſynas facere poſſit. 614.
Fera ab vno grauiter vulnerata, ab altero omnino occiſa ad quemnam horum pertineat. 486.
Feſtis diebus laborantes otij vitandi cauſâ an peccent mortaliter. 125.
Filius an peccet, ſi abſque conſenſu Patris matrimonium ſe dignum ineat. 533.
Filius ex bonis Paternis induſtriâ ſuâ lucrans an aliquid mercedis exigere à Patre poſſit. 352.
Fœmina an peccet, ſi iacturam ſuæ virginitatis vbique tegat, & quaſi virgo etiam nubat. 218.
Fœmina an retinere poſſit pretium pro vſu corporis ſui blanditijs extortum. 483.
Fornicatio an ex ſe & intrinſecè ſit mala: & vtrum contraria opinio aliquid habeat probabilitatis. 531.
Furta parua & plura faciens an & quando peccet mortaliter. 56.
Furtum

Furtum ex qua rei ablatæ quantitate cenſeatur mortale. fol. 338.
Furtim ſurripiens equum ſi mox in extrema neceſſitate hunc vendere cogatur, an poſtea ad meliorem fortunam rediens aliquid pro ipſo reſtituere teneatur. 262.
Furtiuam rem emens, vt ſuæ conſulat indemnitati, vtrum licitè contractum reſcindere, & rem illam recepto ſuo pretio reddere furi poßit, etiamſi iſte cum eodē elapſurus prævideatur. 441.
An furtum à peccato mortali & reſtitutione excuſari poßit ex præſumpta Domini voluntate. 601.
H.
Hæreticorum Calendaria, Prognoſtica, noua impreſſa & ſimilia an legi à Catholicis poßint. 20.
Hæreticis in locis vtrum Catholicus comedere carnes, adire templa, abſcondere Roſarium &c. poßit, ne agnoſcatur, & periclitetur. 27.
Hæreticus Fidem Catholicam probabiliorem putans, quàm ſuam, an teneatur hâc deſertâ amplecti illam, antequam euidenter credibilitas ejusdē Fidei Catholicæ ipſi appareat. 102.
Hæretici libri an retineri ac legi à Catholico poſſint absq; peccato mortali & incurſione cenſuræ, ſi nullum ipſi videatur adeſſe peruerſionis periculum. 529.
Hæres an pro reditibus annuis Eccleſiæ cum onere legatis & alteri vindicatis obligetur ad ſatisfaciendum ex alijs hæreditatis bonis. 571.

*Horæ Canonicæ intra quod tempus ſub peccato, & ſub quali obligent.* ſol. 69.
*Horas Can. ex obligatione recitans ſine vlla interna devotione an peccet mortaliter.* 39.
*Ad Horas Can. vtrum obligetur Monialis, dum extra Monaſteriũ expulſa verſari cogitur.* 457.
*Vtrum Horæ Can. ſiue Officium de Reſurrectione loco aliorum occurrentiũ licitè recitari quotidie poſſit.* 47.
*Ex Horis Can. omittens Completorium Sacerdos & Canonicus an duplicem recitandi titulum aperire in Confeſsione teneatur.* 594.
*Ex Horis Can. in Quadrageſima recitans Veſperas poſt meridiem an venialiter peccet.* 597.
*Ad Horas Can. vtrum obligetur, qui tenue valde habet beneficium, & in Minoribus adhuc eſt conſtitutus.* 435.
*Vtrum Horarum Canonicarum 2. die Nouembr. ſit pars Officium Defunctorum.* 517.
*Horas Can. recitans cum ſocio, ſi nihil fere de pronunciatione huius intelligat, an ſatisfaciat præcepto.* 272.
*Inter Horas Can. ſæpe anceps an Pſalmũ aut Horã iſtam dixerit, vtrum repetere teneatur.* 533.
*Hoſtiã ſacrã aduertẽs Sacerdos ab aliquo poſt communionẽ ex ore in ſtrophiolum emitti ad hanc, vt videtur, poſtea inhonorandã, quid agat.* 62.
*Cum particulis Sac. Hoſtiæ in Patena relictis quid Sacerdos faciat.* 493.

## I.

*Ad Iejunium quando ſenes mares, quando fœminæ tenean-*

teneantur: & an officium ſcribæ ab eodem excuſet. fol. 419.

Iejunij die an ſumere aliquid liceat ex offa, piſciculis, lacticinijs, acetarijs, oleribus &c. & quantum. 122.

Iejunij diebus an pinguedo ex lardo & adipe adhiberi, & famulis à Cõfeſſario permitti poſſit. 439.

Ignorans inculpabiliter Myſteria SS. Trinitatis, Incarn. &c. an peccet: & quid cum tali agat Confeſſarius. 104.

Ignorans pœnam inceſtui annexam an iſtam incurrat. 554.

Ex Ignorantia invincibili alios contra leges agere aduertens an corrigere hos teneatur. 590.

Ignorans v. g. ſortilegium eſſe caſum reſeruatum an abſolui poſſit à Parocho. 479.

Impedimentum matrimonij occultum inter contrahentes deprehendens quid agat. 349.

Impedimentũ matrimonij in cõfeſſione deprehendẽs Parochus quid faciat, ſi maximè contrahentes deſiſtere nolint, ſed publicè S. Euchariſtiam, & illius aſſiſtentiam requirant. 397.

Imprecans ſibi mortem ex impatientia & indignatione an peccet mortaliter. 15.

Incendium ædium an conductori imputari à locatore, & compenſatio exigi ab eo poſſit. 508.

Indulgentiæ viuis conceſſæ an applicari poſſint defunctis. 119.

Indulgentiæ in duabus Eccleſijs ſi vno tantùm die diſtent, an poſſit aliquis vnâ confeſſione & communione lucrari vtraſque. 232.

Indul-

Indulgentias an retineat v. g. crux, ſi fracta ab Aurifabro redintegretur. fol. 280.
Inimico vt quis verè ignouiſſe dicatur, qualia ei ſigna exhibere teneatur. 322.
Infamis ob publicum crimen in vno regno, an infametur, ſi idem crimen de illo narretur in alio regno, vbi hactenus fuit ignoratum. 92.
Intentio ad valorem ſufficiens an ſit voluntas, quâ Sacerdos more aliorũ ſacris ſe veſtibus induit, locũ deſignatũ adit, & cætera conſueta facit. 112.
Inuaſorem injuſtũ an vir honoratus licitè ſtatim inſequatur, & vulneret. 321.
Inventa bona an retineri poßint ab inuentore, ſi dominus quæſitus non compareat. 113.
Irati, dum enunciant Chriſti vulnera, Sanguinem, multa millia Sacramentorum &c. quomodo peccent. 76.
Irregularitatem quando incurrat Parochus aut Confeſſarius ratione actionum circa reum. 90.
Irregularitatem an incurrat is, qui ægrum ex vno in alterum latus vertit, ſi iſte inter vertendum moriatur. 612.
Irregularitatem an quis contrahat ex homicidio caſuali. 623.
Iudex partibus æqualis prorſus juris an rem ex æquo diuidere debeat, aut cui parti vult, addicere illam poßit. 128.
Iudex an poßit cauſam decidere ex ſententia ſolùm probabili relictâ probabiliore. 514.
Iudex, an eum, quem priuatim ſcit innocentem, re-

*um autem ſecundum allegata & probata, mortẽ adiudicare poßit.* fol. 196.
*Iudex an peccet, ſi ex priuata notitia moneat vnam partem ex litigantibus, vnde cauſam ſuam firmare, & aduerſario praualere poßit.* 383.
*Ad Iudicem ſæcularem an ſpectet fœmina laica concubinatûs rea cum Clerico.* 603.
*Iuramentum non communicandi alijs artem, quâ proximus iuvari poßit, an obliget.* 123.
*Iuramentum an quis ex juſta cauſa v. g. recuperandi debitum ſuum, exigere poßit ab eo, quem nouit peieraturum.* 247.
*Ius præſentandi beneficiatum, quod hæredes ex ignorantia diu neglexerunt, an ijdem vendicare ſibi poßint ab eo, qui id interea vſurpauit.* 208.
*Ad Iubilæum lucrandũ ſemel confeſſus, & iterum relapſus, an denuo confiteri teneatur.* 607.
*Ad Iubilæum lucrandum an valeat jeiunium, ſi intra id tempus fuerit quidem peractum, attamen ſine vlla cogitatione de illo Iubilæo.* 375.

L.

*Lex an violetur, antequam ſit promulgata.* 18.
*Legem legitimè promulgatam ſi absque iuſta cauſa ſubditi non acceptent, an peccent.* ibidem.
*Lex particularis v. g. jeiunium præſcribens tam proprij, quàm alieni loci, an obliget abſentẽ in illo, & exiſtentem in hoc.* 28.
*Lex Magiſtratûs civilis prohibens ſub pœna duorum imperialium, ne quis civium vnam menſuram vini ex cella priuilegiata emat, an obliget in conſcientia.* 82.

*Lex Eccleſiaſtica an vllâ conſuetudine in terris Hæreticorum abrogari poßit.* fol. 270.

*Lot Geneſis 19. an malè fecerit & mortaliter peccauerit offerendo filias ſuas Sodomitis ad abuſum.* 535.

M.

*Magũ vtrũ licitè quis inquirere, ab eoq́; requirere poßit, vt remotis ſignis maleficiũ deſtruat & pactũ cũ dæmone de damno inferendo ſoluat.* 235.

*Magiſtratus an cogere poßit ciuem, vt ædes ſuas iuſto pretio Religioſis vendat.* 152.

*Maritus vtrum omnia vxoris vota ſtante matrimonio edita irritare poßit.* 488.

*Matrimonium contracturus cum Anna ſi rem prius habuit cum Barbara huius ſorore, invincibiliter ignorans ex copula fornicaria oriri impedimentum, an indigeat diſpenſatione Papæ.* 293.

*Matrimonium ſi contrahatur ſub conditione, vtrũ hâc impletâ denuo vocandi Parochus & teſtes, vt iſtis de illa conſtet.* 177.

*Matrimonium an inire poßit mulier cum viro, cui conſenſit in adulterium ob promiſſum matrimonium, ipſa autẽ eidẽ non repromiſit.* 179.

*Matrimonium in peccato mortali contrahentes quot peccata committant.* 385.

*Matrimonij effectus an & quomodo recipi ab ijs poßit, qui in peccato contraxerunt.* 187.

*Matrimonium an validum ſit coram Parocho & teſtibus in loco, ad quem contrahentes venerunt animo habitandi ibi per maiorem anni partem, eſto deinde non contingat.* 499.

*Matrimoniũ indigens diſpenſatione vtrũ ante hãc*

acceptam ſit nullum, & peccet illud celebrans, ac cohabitans ante notitiã diſpenſationis. 609.
Medicus an deſperato ægro applicare poßit Medicinam incertam. 25.
Medicus an circa Ieiunium in dubia cauſa diſpenſare poßit. 222.
Monopolium an iuſtum exerceat, qui in abundantia alicuius rei viliori hanc pretio coëmit, vt poſtea maiore vendat. 215.
Miles ad iniuſtum bellum profectus quid ſaciat, & quomodo ſe porro contra hoſtem gerat. 369.
Motuũ inordinatorũ aut etiam pollutionis actiones præuiæ & peccaminoſæ, an ex illis contrahant malitiam mortalem. 417.
Mulier ex metu intentatæ mortis in turpe facinus conſentiens an peccet mortaliter. 54
Munera an retinere fœmina poßit, quæ à viro ſub ſpe vsûs corporis impetrandi accepit. 136.
N.
In naufragio acquirens tabulam vtrum poßit ex virtute, aut etiã teneatur cõcedere hanc mulieri prægnanti & in certo periculo cõſtitutæ. 49.
Neceßitatẽ extremã patiẽti numeratâ pecuniâ ſuccurrens an & quando illam repetere poßit. 144.
Nuptiæ an validè ſint celebratæ ante reſponſũ Româ allatum de diſpenſatione, ſi hæc ante illas danda ſciebatur, & reipſa data fuit. 497.
O.
Obedire vtrum Catholici poßint Regi Acatholico mandanti, vt adeant ſua templa, audiant conciones Prædicantium. 415.

*In occaſione proxima peccati poſitus vtrum abſolui poßit toties, quoties cum relapſu redit, ſi illam abſque grauiore ſuo incommodo vitare non poßit.* fol. 315.

*Oracula viuæ vocis vtrum adhuc valeant.* 298.

*Orare omittẽs ad pulsũ angelicæ ſalutationis, agoniæ & mortis Chriſti &c. an peccet.* 146.

*In Ordinatione Clericorum vtrum contactus materiæ phyſicus ſaltem mediatus de neceßitate & ſubſtantia ſit.* 250.

*Otioſa verba* & *actiones quæ dicantur.* 71.

P.

*Parochus vtrum peccet, ſi repentè ægro Sacramenta adminiſtrare debeat, & ob anguſtias temporis de peccato mortali conteri nequeat.* 138.

*Parochus vtrum teneatur fructum Sacrificij applicare Parochianis, ideòq; accipere nequeat aliquid ab ijs, qui Sacrificium pro ſe fieri poſtulant.* 51.

*Particulæ iſtæ* plus, minus, circiter &c. *numero peccatorum in Confeßione additæ quantum exceſſum importent de nouo non aperiendũ.* 296.

*Pater naturalis in pari neceßitate an præferendus ſit ſpirituali.* 72.

*Peccatum in communi ſolum apprehendens ſicq; operans quomodo peccet.* 37.

*Peccatum perpetrans, quia ſimile jam ante admiſit eâdẽ nunc operâ confitendũ, an committat præſumptionem vel circumſtantiam peculiariter in Confeßione aperiendam.* 55.

*Peccatum*

Peccatum quotuplex committat, qui facinus vnũ v. g fornicationis intendens varias circa illud actiones prauas exercet. fol. 60.
Vtrum Pictor, ſi ob ſolam picturã non neceſſariam omittat Sacrum, ſufficienter ſe explicet in Confeſſione dicendo: neglexi Sacrũ die feſto. 426.
Pœnitentiam diu v. g. per annum differens aut alio modo, ſitu, loco, ac impoſita erat, peragens quomodo peccet. 21.
Pœnitentiam à primo Confeſſario impoſitam an, quomodo & quãdo mutare poſſit ſecũdus. 422.
Pœnitentiam perpetuam an pœnitens acceptare & acceptam exequi teneatur. 347.
Pollutio occulta in Eccleſia facta an habeat rationẽ ſacrilegij ſpecialiter in cõfeſſione explicandã. 539.
Præſcribere an aliquis poſſit rem, quam diu habitam iam magis ad alium quàm ad ſe ſpectare putat. 360.
Præſcriptionẽ alicuius rei an inchoare poſſit is, qui eam dono accepit ab alio, candẽ bona fide poſſidente, etſi ipſe nunc dubitet, num aliena ſit. 87.
Pretio communi an emi poſſit fundus ab eo, qui ſcit latére in eo venam metallicam. 575.
Priuilegium ſæculari conceſſum, vt æger in domo ſua ſingulis 14. diebus vnum ſibi Sacrum procurare poſſit: nullus autem alius huic aſſiſtendo præcepto Eccleſiæ ſatisfacere queat, quomodo intelligendum. 545.
Proxeneta multo maiore pretio, quàm Dominus determinauerit, rem vendens, vtrum exceſſum huius reſeruare ſibi poſſit. 115.

Puer an teneatur ante ſeptennium completum ad annuam confeßionem, ſi rationis vſu excellat. 228.

E purgatorio ſi Filius Patrem nõ liberet, cum ſciat eum ibi pati, & abſq; grauiore incommodo ſuccurrere ipſi poßit, an peccet mortaliter. 230.

R.

Recambium (quod aliqui recurſæ vocant) an ſit licitum. 489.

Religioſus ad curandã rupturã an teneatur ſectionem admittere, ſi præſertim Prælatus iubeat. 261.

Ab ingreſſu Religionis ſeu Monaſterij alium impediens ad quid teneatur. 591.

Reſtituere an aliquid teneatur, qui emit v. g. equũ, & hunc bonâ fide mox cariùs vendidit, ſi poſtea innoteſcat, ſuiſſe alienum. 142.

Reſtituere an loco Furis teneatur, qui huic tantùm cauſa fuit, vt citiùs & animoſiùs furaretur. 328.

Reſtitui an debeat ſacris locis, vel pauperibus res injuſtè acquiſita, ſi Domino ſuo reſtitui nequeat. 338.

Reſtituere ſub cuius peccati obligatione & quantum teneatur, qui ſuâ actione damnum alteri dedit. 112.

Reus præuiâ infamiâ ex ſemiplena probatione legitimè interrogatus vtrum tamen negare poßit crimen reuera patratum, quamdiu ſpes affulget effugiendi. 94.

Reus an crimen reipſâ commißum negare poßit, etiamſi accuſatori in probatione ſuccumbenti infamiâ indè aſpergatur. 433.

Reum ſe faſſus ex vi tormentorũ, cùm planè innocens

cens ſit, vtrũ peccet, & revocare teneatur. fol. 158.
Reos duos mortis vtrum Princeps duello committere poßit, vt alter in altero exequantur mortis ſententiam, & ſpectaculum alijs faciant. 201.

S.

Sacerdos an nomine Chriſti & maximè Eccleſiæ Sacrum pro Infidelibus offerre poßit. 581.
Sacerdos an Sacrum illi applicare poßit, qui id proximè eſt conducturus. 392.
Sacerdotij ordinem ante legitimam ætatem ex ignorantia craſſa ſuſcipiens an peccet mortaliter, & cenſurã incurrat: & an eodem ordine poſt completã ætatẽ abſq; alia diſpenſatione vti poßit. 175.
Sacerdos in Sacrificio Miſſæ vtrum ex ſua Hoſtia communicare Laicum poßit. 121.
Sacerdos mercede conſtitutus vt Sacrificia de Beata Virg. aut pro defunctis dicat, an ſatisfaciat, ſi Miſſas iuxta ordinem Eccleſiæ legat, & intentionẽ ad voluntatem ſtipendium concedentis formet. 140.
Sacerdos vtrũ ex eo ſolùm peccet mortaliter, quòd poſt celebrationem in peccato mortali non fuerit quamprimum confeſſus. 265.
Sacerdos vtrum in Sacrificio Miſſæ cum maiore Hoſtia conſecrare poßit parvas, etiamſi iſtæ poſt canonem iam cœptum afferantur. 238.
A Sacro audiendo quodnam viæ ſpatiũ excuſet. 410.
Sacri qualẽ partem abſentiâ ſuâ negligendo peccet quis contra præceptum de Sacro audiendo. 365.
An vno Sacro ſatisfieri poßit pro pluribus Sacris, quæ quis diuerſis promiſit. 471.
Sacrum an & quomodo perinde ſingulis, quibus in

ſpecie applicatur, ac vni prodeſſe poßit. fol. 472.
Sacri audiēdi præcepto an ſatisfaciat, qui eodē tempore duobus Sacerdotibus aßiſtit, & vnum ab introitu ad canonem, alterum verò à canone ad finem audit. 153.
In Sacro quid faciat Sacerdos, ſi aduertat infuſum Calici vinum congelaſſe. 256.
An Sacrum abſque peccato omittat, qui errore vincibili diem alicuius Sancti nō eſſe feſtū putat, ſi de illo audiendo nihil amplius cogitauerit. 506.
Sacramentales actiones exercere in peccato mortali an ſit mortale. 159.
Secreta bonū publicum cōcernentia vtrū reuelare quis poßit ad mortem euitandam. 548.
Sententias placitas ad ſua negotia vtrū quis indagare poßit apud diuerſos DD. 526.
Sepeliri in loco ſacro an poßit is, qui diu quæſitus tādem ex fonte publico mortuus extrahitur. 454.
Seruiens Deo propter mercedem & ſine hac pia opera nō facturus an idcirco ſit reprehendendus. 44.
Sigillum confeßionis an violet cōfeſſarius, qui de pœnitente ait, eum eſſe ſcrupuloſum. 58.
Sigillo confeßionis ſaluo, vtrum Confeſſarius ad defenſionē vitæ ſuæ dicere poßit, alicui ſe abſolutionem ſacramentalē negaſſe. 214.
Sub ſigillo Confeßionis ſi Laico eſt aliquid commiſſum, an iſte ſub illo ad ſilentium teneatur. 428.
Simonia an cōmittatur à ſenatu Laico, dū pro præſentatione ad beneficia Eccleſiaſtica aliquid pecuniæ à deſignato exigitur ſingulis ſenatoribus pendendum. 134.

An ſimoniacum ſit circa ſacra omne pactum, aut ſolùm animo pretij initum. fol. 99.
An ſimoniam committat, qui pro honoratiore ſepulturæ loco pretium dat. 437.
Soc. IESV PP. an in compenſationem ſacrorum ab ipſis dicendorum accipere aliquid poſſint. 462.
In Societatis contractu ſi ſola remaneat ſors, an in communionem huius admittendus ſit, qui meram operam ſuam collocauit. 389.
Sponſa an poßit reſilire ex eo, quod frequenter videat ſpōſū cū alia, hanc oſculari, amplexari &c. 52.
Sponſalia duabus promittens & poſterioribus iuramētū & copulā addēs, quibus ſtare teneatur. 97.
Spei vtrum contrarium faciat peccatum mortale, qui carere ait ſe velle cœlo, ſi terra frui æternùm poßit. 26.
Superſtitionem an committat Mater, dum, vt filij rupturam curet, nomen huius ſchedæ inſcriptum per quercum ruptam ab aliquo ſuorū tranſmitti mandat, ipſa verò domi interim orat. 79.
Studioſus ex bonis Patris ſui ſingulis annis per quinquenniū in Academia inſumēs trecentos florenos prorſus inutiliter, an peccet mortaliter, teneaturq́ʒ ad reſtitutionem aliquam fratribus faciendam. 254.
In ſyluis alienis non circumſeptis vtrum ligna abſqʒ immoderata ſtrage cædens peccet. 587.

T.

Tabachi conſuetus vſus an violet jeiunium naturale, ideóqʒ à ſacra Communione impediat. 512.
Tactus (ſicuti & oſcula) tam præcedentes quàm

ſequentes actum fornicationis, an vnum cum hoc vel plura faciant peccata. fol. 60.
Theſaurus quid ſit: & an talis ſit pecunia quomodocunque in terram defoſſa & inde eruta. 172.
Teſtamentum vxoris importunis Mariti precibus extortum an valeat in vtroq; foro, aut reciſsioni ſit obnoxium. 527.
Teſtamenti ſui reuocationem contra iuratam promiſsionem an facere aliquis licitè poſsit: & ſi non licitè, an validè ſaltem id præſtet. 283.
Ad Dei Tribunal prouocatio an per ſe ſit licita. 604.

V.

Vectigalia defraudans an peccet mortaliter teneaturque ad reſtitutionem. 239.
Venando egrediens Dominus limitibus ſuis, & in vicinis locis capiens feras nulla ſepe clauſas an peccet mortaliter, teneaturq; ad reſtitutionē. 89.
Vendere an quis res peregrinas queat, quocunque poteſt pretio. 304.
Veſtium noua forma cum denudatione pectoris ac mamillarum an indui, & induci in prouinciam aliquam poſsit abſq; peccato mortali. 41.
Vexatione acerbâ incitans aliquem vt damnū inferat tertio graue, an teneatur ad huius cōpenſationem, ſi inferens damnum illud aufugerit. 520.
Vnctio extrema an puerperæ dari poſsit. 53.
Vnctio extrema an neganda ſit pueris ſeptennio egreſsis, & vſum rationis habentibus, ſi nec recipiāt, nec recipere apti ſint ſacrā Euchariſtiā. 616.
Vnctio extrema an neganda ſit moribundo ſi iſte nullum doloris ſignum dare, nec Sacramentum vllum petere poſsit. 585.

*Vnguentum ſympathicũ vulneratos etiam diſtantes ſanans an adhiberi licitè poſsit.* fol. 453.

*Ad vomitum vſq; vorans ac potans, vt iterum vorare ac potare poſsit, an peccet mortaliter.* 109.

*Voto Religionis ingrediendæ an ſatisfaciat, qui ſyncero animo ingreditur, & poſtea ex libitu egreditur.* 377.

*Votum ingrediendi hanc determinatè Relgionem & non aliam, an valeat.* 444.

*Votum multarum precum & operum ſpiritualium an mutari poſsit in alia faciliora & pauciora, ſi illa tepidè, hæc autem feruidè peraguntur.* 561.

*Votum non ducendi vxorem, an Papæ diſpenſatione indigeat,* 74.

*Vouens virginitatem an teneatur ad perpetuam caſtitatem, vel ſolùm ad continentiam à primo actu venereo.* 100.

*Votum caſtitatis an valeat, ſi reſpectu vouentis non eſſe de meliore bono cenſeatur.* 111.

*Vouens v. g. aureũ calicem Eccleſiæ diuiti an poſt acceptatam promiſsionẽ commutare votũ, & calicem dare Eccleſiæ pauperi poſsit.* 252.

*Vſuraria ſolutio an ſit, ſi hodie numeres florenos 900. pro mille poſt annum ſoluendis.* 77.

*Vxorem durè verbis & verberibus tractans maritus an grauiter peccet.* 15.

*Vxor an ex bonis mariti defunctis abſque iniuria creditorum ſublegere poſsit neceſſaria ad competentem ſuſtentationem.* 16.

*Vxor an poſt actum coniugalem aliquando ſemen conceptum effundere poſsit.* 525.

*Vxor*

*Vxor intra primum bimeſtre poſt nuptias contractas an licitè neget marito ſuo debitum coniugale, etiamſi nihil de religione cogitauerit.* fol. 29

*Vxor an peccet faciendo de bonis communibus eleemoſynas?* 148.

*Vxori an credere teneatur maritus dicenti aut iuranti, cũ impedimento dirimẽte ſe cõtraxiſſe.* 583.

*Vxoris elargitiones ex rebus à marito donatis vtrum iſte retrahere poſſit.* 611.

*Vxor metu in conſtantem feminam cadente ad inceſtum permota an poſſit marito ſuo debitum reddere, & ab eo petere.* 286.

*Vxor ſciens virum ſuum alibi cum alia nuptias celebraſſe, an tacere hoc poſſit.* 224.

*Vxor an ob adulterium mariti occultum licitè ab hoc diſcedere etiam ante Iudicis ſententiam poſſit.* 258.

*Vxor an poſt actum coniugalem viro recedente ſeminationem ſeipſa procurare ſibi poſſit nondum cum viro habitam.* 274.

Errata corrige

Fol. 381. pro conſequenti. lege. antecedenti. Cætera leuiora ſunt, quàm quæ hic exprimantur.

F I N I S.

Collegij Paderborn. Soc. Jesu 1668